CLEMENS PAPA X.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Coeleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſatores eſſe Nos voluit Altiſsimus, libenter ijs impartimur, quos pro ſua in Deum, & in proximos charitate, & Chriſtianæ Religionis zelo animarum ſalutem omni ſtudio procurare intelligimus. Quo in genere cum Societatis Ieſu Religioſos habeamus, eoſque in primis, quos dilectus filius Ioannes Paulus Oliua eiuſdem Societatis Ieſu Præpoſitus Generalis ob hanc cauſam hoc ipſo, & conſequentibus annis in diuerſas Prouincias Chriſtianæ Reipublicæ mittere conſtituit: Nos ſanè eorundem Religioſorum pietatem, ac operam, eorumque ad quos illi mittendi erunt religionem, & deuotionem ſpiritualibus gratijs confouere, atque augere cupientes, eiuſdem Ioannis Pauli Præpoſiti Generalis precibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, piamque illius deliberationem, quantum in Domino poſſumus promouere volentes, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis dictæ Religionis Religioſis mittendis (vbi tamen non erunt Miſsionarij Congregationis de propaganda Fide) & alijs vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, ad quos ipſi mittendi acceſſerint, noſtram, & Apoſtolicam benedictionem per præſentes impartimur. Necnon iiſdem verè pœniteñ, & confeſsis, ac ſacra Communione refectis, qui pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione, Principum Chriſtianorum vnione, infidelium conuerſione, hæreſum extirpatione, prout vnicuique ſuggeret deuotio, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino auctoritate Apoſtolica tenore præſentium PRO VNA VICE DVMTAXAT pro vnaquaque miſsione concedimus, & elargimur, hortantes Venerabiles fratres Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Eccleſiarum Dei Prælatos, & Rectores, ac verbi Dei Prædicatores, vt in ſuis quiſque Eccleſijs, cum populus frequentior fuerit præſentes litteras, ac omnia in eis cōtenta publicent, & publicari faciant, ac omnem eiſdem Religioſis fauorem, & auxilium in præmiſsis præſtent. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici, ſeu dictæ Societatis Secretarij ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Præpoſiti Generalis dictæ Societatis obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ; præſentibus ad ſeptenniū tantùm valituris. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die prima Februarij milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

I.G. Sluſius.

NOs el Licenciado D. Antonio de Benauides y Bazan, Caualle ro de la Orden de Alcantara, Arcediano de Alcaraz, Dignidad, y Canonigo de la Santa Igleſia de Toledo, Sumiller de Cortina de ſu Mageſtad, de ſu Conſejo, Comiſſario Apoſtolico General de la Santa Cruzada, y demàs gracias en todos ſus Reynos, y Señorios, &c. Por la preſente, por la autoridad Apoſtolica, que para ello tenemos, alçamos la ſuſpenſion que por la Santa Cruzada eſta pueſta à ciertas Indulgencias, que ſu Santidad de Clemente Dezimo, por ſu Breue dado en Roma à primero de Febrero de eſte preſente año, tiene concedidas en fauor de todos los Religioſos de la Compañia de Ieſus, que ſe ocupàren en las Miſiones que han de hazer en diuerſas Republicas, y Prouincias Chriſtianas; y en fauor de todas las perſonas, que aſsiſtieren, y ſe hallàren en ellas, las quales ſe ayan de ganar por vna vez, ſegun ſe contiene mas largamente en el dicho Breue de ſu conceſsion, cuyo traſumpto autentico ante Nos ſe preſentò. Y damos licencia, y facultad para que ſe puedan publicar, y ganar las dichas gracias, è Indulgencias, con tanto, que la publicacion ſe haga ſin ſolemnidad alguna de trompetas, atabales, ni pregon, mas de que ſe pueda dezir en los Pulpitos de las Igleſias, y poner para ello cedulas de mano, y no impreſſas; en las quales al principio ſe ponga, diga, y declare, que las perſonas que huuieren de ganar las dichas gracias, è Indulgencias, ayan de tomar, y tengan la Bula de la Santa Cruzada de la Predicacion de el año en que aſsi las huuieren de ganar, y conſeguir; porque de otra manera, no las ganan, ni conſiguen. Y aſsi lo digan, y declaren, pena de excomnnion mayor. Dada en Madrid à diez y ſeis de Iulio de mil y ſeiſcientos y ſetenta y ſeis años.

Lic. D. Antonio de Benauides.

Por mandado de ſu Señoria Iluſtriſsima.
Don Alonſo de Lugones.

Concuerda este traslado con sus originales, q para este efecto exivio ante mi el Hº Juan Manuel Ramirez de la Compª de Jhs, y su Procor Genl de la Provª de Andaluzia en esta Corte a quien los volui, y va cierto y verdadero siendo testigos Baltasar Moreno y Pedro Sanz de [illegible] residentes en esta Villa de Madrid en ella a veinti quatro de septbre de Mill seisºs y setenta y seis años =